

V.

Obliqui & Infinitivi sequuntur dictio-
nem regentem. In cæteris usus consu-
latur.

VI.

Compleatur etiam in Constructione,
sicubi in textu aliquid dissimulatur.

Exemplum.

*Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe, putavi
Stultus ego, huic nostræ similem, quò sæpè solemus
Pastores ovium teneros depellere fœtus.*

Hos versus sic ordinabis:

O Melibœe, ego stultus putavi, urbem, quam
dicunt Romam (*esse*) similem huic nostræ (*urbis
Mantuae*) quò (*nos*) pastores solemus sæpè de-
pellere fœtus ovium.



P A R.